

**Sancti Epiphanii Episcopi Constantiæ Cypræ, Opera Qvæ
Extant Omnia**

Epiphanius <Constantiensis>

Coloniæ Agripinæ, Anno M.DC.XVII.

Eiusdem Epiphanij Oratio de sepultura Christi Stanislao Phænicio
Interprete.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80258](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-80258)

A epigrammatibus, satyris, comedisi, epistolis tractantur: tamen encomiastica (qualis est hac homilia) non omnino illas refupunt. In Chrysostomo & Nazianzeno ex Grecis non raro inueniuntur. Inter nos nos Ambrosio, Gregorio Magno, & omnium maxime Bernardo familiares sunt.

Pag. 1188. B. *Legalem hysmen.*] Sic vocant Augustinus, Ambrosius, Cyrillus & alii tempus synagogae ante Christi aduentum & legem gratiae.

Pag. 1189. B. *Leonina voce.*] Alludit ad eam leonis naturam,

atque illius allegoriam, quam refert in Physiologo cap. 2. Vt enim leo in mortuum catulum inspirans, ad vitam illum reuocat: sic gentes quae mortua erant, aduentu Christi vivificatae sunt. Dieuntur autem mortua Christi membra ii omnes qui in peccato sunt, eti fideles sunt, qui autem infideles & ex ea Ecclesiam, non solum mortua membra, sed & a corpore separata ac diuina, adhuc tamen apta ut iterum capiti Christi iungantur, ac proinde nec omnino ab Ecclesiastica po-testate immunia.



Tοῦ οὐ αγίοις πατέρος ἡμῶν

B ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΠΡΟΥ ΛΟΓΟΣ.

Eis τινὲς θεότομοι ταφεῖν τὸν καὶ σωτῆρόν μαρτύριον Χερσόν, καὶ εἰς τὸν Ιωνίφ τὸν Λαζαρίαν, καὶ εἰς τινὲς οὐ τῷ ἀδηνῷ τὸν κυνέον κατέβασιν, μετὰ τὸ σωτήρα πάτος τοῦ Θεοῦ οὐ γνωμόνια.

ΤΩΙ ΑΓΙΩΙ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΩΙ ΣΑΒΒΑΤΩΙ.

Sancti Patris nostri

EPIPHANII EPISCOPI CYPRI ORATIO.

In diuini corporis sepulturam Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi, & in Iosephum qui fuit ab Arimathaea, & in Domini in infernum descendit post salutarem passionem, admirabiliter factum.

SANCTO ET MAGNO SABBATO.

INTERPRETE STANISLAO PHÆNICIO.

BENEVOLO LECTORI.

Dubitari non potest, genuinam esse hanc D. Epiphanius orationem, quamquam enim paulo diuersior stilius in ea sit, quam qui in aliis eius scriptis reperiuntur, nihilominus multa sunt argumenta, que cum ipsam auctorem approbant. Primum, quod in plerisque per Europam Bibliothecis manuscripta habetur cum eodem titulo. Deinde, quod in Orientalibus Grecorum Ecclesiis, magno Sabato recitatatur cum nomine Domini Epiphanius. Itidem, cum eadem nomen recitatatur in Russorum Ecclesiis, translata in linguam Sclavonicam. Postremo, si quis orationem hanc conferat cum ea, que ad diem Palmarum, cum nomine eiusdem D. Epiphanius, ex Bibliotheca Antonii Carapha Cardinalis prodit. Anno M. D. Lxxxvi. dedicataque est à Consalvo Ponce de Leone Sixto Quinto Pontifici Maximo, genusque dicendi utriusque consideret, facile agnoscer, ouum quo similis non esse, ut qui hanc reprobet, illam quoque in dubium vocare necesse habeat. Nouum autem non est, eloquentissimos viros alio genere dicendi sermones ad populum habuisse, alio libros scripti hafisse. Id te admonitum volui.

Quid istud rei est: hodie silentium magnum in terra: silentium magnum, & solitudo deinceps silentium magnum: quoniam Rex dormit, terra timuit & quietuit, quoniam Deus in carne obdormiuit, & a seculo dormientes excitauit. Deus in carne mortuus est, & infernus contremuit. Deus paululum obdormiuit, & eos qui in inferno sunt, suscitauit.

S. Ephanius Opera.

Tι τέτοιο, σύμερον σιγὴ πολλὴ τῇ γῇ: σιγὴ πολλὴ καὶ ἡμέρα λοιπόν, σιγὴ πολλὴ, ὅποι βασιλεὺς ὑποῖ γῆ ἐφεύγη, καὶ πούχασεν, ὅποι ὁ θεὸς σπρεῖντος, καὶ τοὺς ἀπὸ αὐτοῦ ὑπὸγειας αἰνέσποντο ὁ θεὸς, ἡ σπρεῖντος, καὶ τοὺς ἀπὸ αὐτοῦ ὑπὸγειας αἰνέσποντο ὁ θεὸς, ἡ σπρεῖντος, καὶ τοὺς οὐ τῷ ἀδηνῷ ἐγγένετο. οὐ τῷ τοῦ θεοῦ ἐγγένετο.

Ff 3

Nunc

phetarum prædicatione celebratus , & in medio Moy-
sis & Heliæ in monte conspectus & in medio duorum
latronum Deus grato latroni cognitus , sedensque in
medio præscens vita & futura iudeus aeternus : atque
in medio viuorum & mortuorum , duplum hodie vi-
tam & salutem perfecit. Duplum rurum dico vitam ,
duplum generationem , simul que regenerationem.
Et audi Christi duplum natiuitatis opera , & plaudo ob
miracula Angelus quidem Mariae maternam Christi
generationem nunciavit angelus vero Maria Magda-
lenæ ex sepulchro regenerationem annunciat. Noctu
Christus in Bethleem nascitur , noctursum in Sion
renascitur. Fafias circa natiuitatem suscipit , falcis &
hic inuoluitur. Mithram natus acceptit : mithram &
in finure aloeum recipit. Illic Ioseph maritus Mariae ,
at hic Ioseph ex Atimathæa. In Bethleem in præsepi
generatio : verum & in sepulchro tanquam in præ-
sepi locus. Primi pastores Christi nunciabant genera-
tionem : sed & primi omnium pastores Christi disci-
puli annunciauerunt Christi à mortuis regenerationem.
Illic Angelus ad virginem exclamauit , & hic Aue-
magni consilius Angelus Christus , hac voce mulie-
res compellauit. In prima generatione Christus post
quadraginta dies ingressus est in terrestrem Hiero-
limam , in templum , & obiulit ut primogenitus par-
turtum Deo : verum & in resurrectione à mortuis
Christus post quadraginta dies ascendit in superum
Hierosolymam , à qua non erat separatus , & in ve-
re sancta sanctorum , ut primogenitus incorruptus à
mortuis , & obiulit Deo & patri vt duas immacula-
tas turtures , anitham & carnem nostram quam sus-
cepit , veluti Symeon quidam , antiquis dicerunt Deus
& Pater , tanquam in vlnas , in propriis finis infiniti-
ti. Si vero haec vt fabulosa , & non fidei gratia audis ,
accusant te non dissoluta sigilla regenerationis Domini-
ni Christi sepulchri. Quemadmodum enim obsigna-
tus , ab ipsa natura inditus patfacientibus veterum
caustris virginem naturæ Christum ex virginem natum est
sic Christi regeneratione , cum non essent aperta sepul-
chri sigilla , facta est. Quia autem ratione , & à quibus
in sepulchro Christus vita conditur , sacras litteras au-
diamus.

Vespere, inquit, facto, venit homo diues, nomine Ioseph. Hic sumta audacia ingressus ad Pilatum, & penit ab eo corpus Iesu. Ingressus mortalis ad mortalem, petens, ut accipiat Deum, Deum mortali. poscit lucum alii accipere, plasteum omnium: fenum à feno recipere celestem ignem: gutta misella, à gutta mitella accipit abyssum. Quis vidit? quis vnguam fando audiuit? ut homo homini factorem hominum largiretur? Iniquus iniquorum amusim & legem, pollicerit donare. Index nullius iudicii, tanquam condemnatum, iudicem
προς τὸν καρδινάλιον φυσεῖται εἰς παρέμβασιν γεγεννη-
τεῖς τὸν ἀδιανόκτονον πατέρα τῷ Θεῷ τῷ Καθρόποδεσκαλωνί-
χειροπέδανελέντος πέπεσθαι πάσι δὲ τοῖς φρεσὶ καὶ
ὑπὸ πινού Χειρὸς ἐν Καπιταλανίθεται, τῷ Ιεράλογον
ἀκούσονταρ.

uim dedit, sepiet in denuo permittit.
Vespere, inquit, facto, venit homo diues nomine Ioseph.
vere diues, siquidem omnem compositam Domini hypo-
stasum reuult, fane diues, quoniam duplice sub-
stantiam Christi a Pilato accepit: enim uera diues,
quoniam haud estimatam margaritam dignus habi-
tus est ut referret: reuera diues: loculos enim reuult
plenos thesauro diuitiatis. Quomodo non diues
nimis mundi vitam & salutem nactus? quomodo
non diues Ioseph, donec accepto Christo, qui omnia
at, & omnibus dominatur? Vespere facto, erat enim
serum cum occidisset in infernum iustitia sol. Quapro-
pter venit homo diues nomine Ioseph ab Arimathaea,
qui erat occulus discipulus, ob metum Iudeorum
venit autem & Nicodemus qui venerat ad Iesum noctu-

μοι τὸ πόναιρον διέσωπος. πῶς γάρ οὐ πλεύσατε τὸ κόρυν γένος καὶ στησίαν αποστέλλετε, δῆμον δεῖξαντος τὸ πάτερα περιφέρα τὴν πάτερα δεσπόζοντα, ὃντας γενομένην, ἵνα πρὸ λοιποῦ, ἀνοσάει τὸν δῆμον διεργούσην ἡλίῳ. διὸ δέ τοι ἔνθα θρησκὸς πλανώντος τούτου μαίαντος Ιωντὸν ἀπὸ Αεριμαδας, διὸ τοῦ προέργουμαν αὐτὸν τὸ πόναιρον τῷ Ιωντὶν οὐδὲν πέρας τὸ Ιστοῦν νηκτός, μαστίχαιν ἀπόκριφον. διὸ κρυπτοῖ μαστίχαι ταξιδεύοντα Ιωντὸν τούτον

A Mysterium mysteriorum absconditum: duo occulti discipuli occulere Iesum in sepulchro venienti: occulatio in inferno mysterium: occulti Dei in carne, per propriam occultationem docent mysterium, alter autem alterum superat erga Christum affectu. Nicodemus quidem in myrra & aloë magnanum: Ioseph vero ob audaciam aduersus Pilatum & confidentiam dignus laude: hic enim metu omni abiecto, fuit a fiducia, ingressus est ad Pilatum petens corpus Iesu, & ingressus, prudenter se gessit, ut desiderato proposito portaret. Idcirco non est vobis iactabunda aliqua ad Pilatum atque elata oratione: ne si eum ad iram inflammasset, excideret petitione, neque sic compellat: Da mihi corpus Iesu, qui nuper solem obscurauit, qui petras dirupit, terram conculcit, monumenta aperuit, velum templi discidit. Nihil tale ad Pilatum loquitur. Quid ergo? Petitionem quandam miserabilem, & apud omnes exilem. O index, veni petens a te petitionem quandam valde paruam. Atque ita: Da mihi mortuum ad sepulturam corpus illius a te condemnati Iesu Nazaren, Iesu pauperis, Iesu domum non habentis, Iesu suspensi, nudi, vilis, Iesu fabricati, Iesu vinceti, subdialis, hospitis, & peregrine incogniti, despici, & supra omnes suspensi. Da mihi hunc hospitem, cuius enim tibi virilitatis corpus huic hospitiis: da mihi hunc hospitem: è longinqua enim venit regione, ut seruaret hospitem: descendit in loca reprobata, reducere hospitem. Da mihi hunc hospitem, ipse enim & solus est hospes. Da mihi hunc hospitem, cuius regionem ignoramus hospites. Da mihi hunc hospitem cuius patrem ignoramus hospites. Da mihi hunc hospitem, cuius locum & modum ignoramus hospites. Da mihi hunc peregrinum, qui peregrinans vitam & viatum tolerauit peregrine. Da mihi hunc Nazarenum hospitem, cuius generationem, & vitam rationem ignoramus hospites. Da mihi hunc voluntarium hospitem non habentem hic vbi caput reclinet. Da mihi hunc hospitem, tanquam hospitem in hospitio sine domo propria in praesepi collocatum. Da mihi hunc hospitem, qui ex eodem praesepi, ut hospes, proper Herodem rugae dedit. Da mihi hunc hospitem, ab ipsis incurabilis in Aegypto hospitio vobis est: non habentem ciuitatem, non vicum, non domum, non mansioinem, in extranea vero regione est hic hospes. Da mihi o Praeses hunc in ligno nudum, ut eum cooperiam, qui mea natura cooperuit nuditatem. Da mihi hunc mortuum iuxta & nudum, ut eum cooperiam, qui mea natura cooperuit nuditatem: Da mihi o Praeses hunc in ligno nudum, ut eum contegam, qui meas iniquitates contexit. Da mihi o Praeses ut sepellam mortuum, qui in Iordane meum peccatum sepeluit: pro mortuo obsecro, qui ab omnibus iniuria affectus, ab amico venditus, ab discipulo prodiitus, a fratribus, infestatione vexatus, a seruo alapis percussus est: pro mortuo oro, qui est ab iis condemnatus, qui sunt ab eo ex feritate liberati: qui est ab iis, quos ipse fanavit, vulneratus: qui est a discipulis desertus, ipsa que matre priuatus pro mortuo o Praeses supplico, qui est in ligno suspensus, domo carens: non enim adest huic, non pater in terra, non amicus, non discipulus, non cognati, non verissimo, verum ipse vobis vngenitus, in mundo Deus, & non aliud.

Hæc sic Ioseph ad Pilatum cum esset locutus, iusit
Pilatus vt daretur ipsi sanctissimum corpus Iesu. Et
cum venister in locum Golgotha, depositum Deum in
carne exligit, & ponit in terram: Deum non nudum,
& hominem non simplicem: & aspicitur positus infra,
qui omnes traxit ad supera: & paucum caret vitali
aura, omnium vita & sp̄ ritus: & aspicitur visu orbatus
qui creauit multos oculos: & iacet supitus, omni re
surrectio: & emoritur carne Deus, qui mortuos suscitat:

Τούτων ούτως ὑπὲι λαϊκῷ φερεῖ Πλάτος λεγότος,
ἐπέλευσεται, ὡς Πλάτος δεῖχνειν αὐτῷ τὸ πανάρχον τοῦ
τὸ Ιησοῦ καὶ τὸν Γεράσητον, κατεψεύσει τον εἰ
σαρκὶ πάντα τὸ ζέλους, καὶ πήγωντα μὲν γένει, θεοὺς γένειον
καὶ αἰθρίους οὐ μέλον, καὶ σεβάτην κεκλιόντος καὶ πα-
τέοντος, ἐν πάνταις καὶ πονηροῖς σεβάτην δέρματα,
νεκρότελεις αριθμός, ὅποις νεκροῖς αποτελεῖσθαι προ-

ο πάντας ἐλεύθερος ἀνθρώποι γίνεται προσεργάχυ ἄπιστος, ο πάντας δὲ καὶ πιστὸς καὶ ορθῶς αριστερός εἰσι τοις πολιούχοις ταῖς κατεύθυνσιν πάνταν ἀναστοιχεῖται καὶ νεκρότελος γίνεται, ο τοις νεκροῖς αντιτίθεται συγάπρεστος πολιούχος.

μετο. όν συγκαλήσιον διαμεινει, καθάπεδουν αις αρχαίς φέρεται σινούν αις τελεῖς. Εγώ ταντο πάσιν διαμεινει. Χαμοσούνδην ταχείας τα διαπορθεῖ λέγεται. Τις Φετερός λόγοι θε, ός Φετερός, ός τερόν, ός πρόπος, της το μεχα κα παράδειξον καλάτηντον θέαμα, ο διανητής τις απομαλοίσις δεδούμενος αθερηφοίσ, καταβράτοις υπολι

S. CYPRIAN
S. EPIPHAN
OPERA.

A Deo & Domino in infera & subterranea, & omni-
ta profundiora, quæ sunt à seculo consipitorum, late-
brosa Sicilia, cum educeret in fortitudine à seculi
in compedibus habitos. Postquam igitur vnde for-
ribus munitos, & nullum solem, sempiternas autem
tenebras habentes inferni carceres, domoque, latib-
ula & speluncas, Domini, vna cum diuino populo, oc-
cupauit splendor coruscans aduentus anteuerit om-
nes Gabriel Princeps exercitus, tanquam hic, qui ex
more gaudii fausta feliciaque nuncia, hominibus fer-
ralluevit, & mandatum quoddam forte confitentem
ordini Archangelorum, & ordini Principum mil-
titæ claram & leoninam vocem aduersas potestates
avit: *Tollite portas vos, qui inter vos Principes estis.* Cum
quibus clamat & Michael, *Et elevamini porta aeterna.*
Deinde & Virtutes ait: *Discedite ianitores improbae.*
Deinceps & potestates magna vi & potentia. *Con-
temni catena insolubiles.* Et alius: *Confundamini pudor
aduersis hostes.* Et alius: *Tinete tyraani iniqui, & veluti ex
aliqua formidabili & inuicta potentissimi regi trium-
phalis exercitus acie, horror quidam & turbatio & ti-
mor trepidus Domini inuictissimi hostes inuidit: sic
que in illos qui erant in inferno ex inopinato Christi
aduentu, in loca subterranea repente deliquerat facta est
ex fulgore tenebarum offusio, aduersarum infernorum
potestatum oculorum aciem hebat, quæ vociferatae
tanquam aliqua tonitrua audiebant, & exercita-
tus vi magna imperantes: *Tollite portas vos, qui inter vos
Principes estis, non aperite, sed ex ex ipsis fundamentis
cas tollite, radicibus euellite, transponite, vt non amplius
claudantur.* *Tollite portas, qui inter vos Principes.*
Non quod tam impotens esset hic dominus, vt & portis
oculis si vellet ingredi non posset, verum vt fer-
uis fugitiis vobis imperat portarum aeternarum sub-
sulationem, amotionem, & confractiōnem. Quocirca
non turbis vestris, verum ipsis qui videntur apud vos
esse Principes, imperat dicens: *Tollite portas, vos qui inter
vos estis Principes, inter vos: sed non inter alios quospiam,
extremum Principes.* Euti enim huiculgus à seculo fo-
pitos male imperio presidis, non iam amplius inter
eos, nec inter alios, sed inter vosipios, verum nec
inter vos ipsis eritis Principes: adest enim Christus
ianua cælesti: viam sternit, qui confundit super
inferni vincula. Dominus nomen eius & Domini Do-
mini transitus per portas mortis. Vos fecisti introitum
exitus ipse facere aduenit. Quare ne cuntemini; *Tol-
lite portas & celerate, & ne diffricte.* Sivera cunctan-
dum esse vobis ducitis ipsis portis, sine manu, vestrar-
que sponte subfultis impero, & elevamini porta aeterna.
Simul potestates exclamarunt, simul portæ ex-
fluerunt, simul catena soluta sunt, simul pessuli con-
fracti sunt, simul claustra conciderunt, simul funda-
menta carceris concusla, simul aduersa. Potestates in
fugam conuerse: alter alterum trudens, aliis cum alio
pedem pede implicatus, alterque alterum spissæ circum-
plexus: horruerunt, trepidarunt, obstupuerunt, tur-
bati: immutati, tumultuatique sunt: steterunt, simul
que obstupesci sunt: stearunt, simul & tremuerunt.
Erille quidam ore hianu stabat, hic genibus fac-
iem abtegebat, & alter pronus congelabat, alter vero
tanquam mortuus rigebat: aliis stupore corripiebatur,
alius distorto ore iacebat, & aliis intro fugiebat. Illic enim
tunc discidit Christus in hac confractiōne capita
Dynastarum: illuc contremuerunt in eo, illuc laxarunt
frena sua dicentes: *Quis est iste Rex gloriae? quis est hic can-
tus, qui cum tantis talia hic patet miracula? quis est
iste Rex gloriae, qui ea nunc in inferno facit, quæ nun-
quam in seculo facta sunt? quis hic, qui educit hinc
a seculo sopitos? quis est hic, qui soluit & dissoluit no-
stram inquietudinem ac diaciam, & potentiam, qui educit ex
inferni custodia à seculo in compedibus habitos: Con-**

δέποτε ἐδίδυ γένοιμα, πίσιν οὐτοῦ οὐδέποτε σέπτη τοι εἰς ἀπ' αὐτοῖς πεκομηδίον, πίσιν τοι εἰς λύσανδρον τοῦ Μάκην παντοτε θελούσι το περίτον, καὶ εἰς χωρέν τοῦτον φυλακήστες ἀπ' αὐτοῖς πεπειδημένους

E

四

G

三

G g

clavis

S. CYPRIAN
S. EPIPHAN

LOPE FRA

350

clavis adfixas meas manus & pedes in ligno, propter tuos pedes, qui male currebant ad lignum. Sexta die in qua olim abdicatio facta est, sexta die & tui formationis in paradiso feci. Gustavi proper te fel, vt fanarem tuam per escam illam dulcem, amaram volupatem. Gustavi acutum, vt abolarem tuę mortis acerbitatem, & prae naturam poculum. Suscepit spongiam, vt delemeret chirographum tui peccati. Suscepit harundinem, vt subscriberet libertatem generi humano. Dormiui in cruce, Romphæa penetrauit meum latum? propter te qui in paradiso obdormisti, & Exuam ex latere protulisti, meum latum fanauit dolorem lateris. Meus sonnus educet te ex inferni somno. Mea romphæa, romphæam stititque contra te erat versa. Surge eamus hinc, eduxit te hostis ex paradiso, colloco te non amplius in paradiso, sed in coelis throno. Prohibiti in lumen typico vita, verum ecce egenitus tibi sum vita. Constitui Cherubim famuli in meum custodire te, facio Cherubim more diuino, vt adest te. Occultatus es a Deo vt nudus: verum ecce oculisti in te Deum nudum. Indurus etas pudoris pellucem vestem, verum induitus sum Deus existens tua carnis pelliceam vestem. Quocirca surgite, eamus hinc, morte ad vitam, a corruptione ad immortalitatem, a temere ad aeternam lucem. Surge eamus hinc, a dolori ad letitiam, ex servitute in libertatem, ex carcere in superiore Hierosolymam, ex vinculis in relaxamentum, ex captiuitate, ad paradisi delitias, & terra in celum. Ideo enim Christus mortuus est & resurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominatus gereret. Quare surgite eamus hinc, pater enim meus celestis, qua perit expectat ostium. Nonaginta nouem Angelorum oves, conseruauerunt Adam. Quando resurget, & quando reuerteretur? Cherubicus thronus apparatus est, geruli prompti & parati! thalamus constructus est, aeterna tabernacula & epulae appareat, thesauri bonorum aperti sunt, regnumque celorum ante secula paratum est. Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominum non ascendit, quia bona hominem expectant.

Hac & talia Dominus cum loqueretur, resurgent cum eo omnes qui erant in inferno, surrexit vna & Eva, & alia multa corpora, fide à seculo consopita, resur: exerunt prædicta Domini tertia die resurrectiōnem. Quam alacriter ó fideles suscipiēmus, & videbimus, & amplectemur, cum Angelis choræs ducentes, cum incorporeis spiritibus festum celebrantes, simulque gloria affi- ciētes Christum, qui nos ex corruptione excitauit, & vita æternæ restituit. Cui gloria & imperium cuna Patre principium non habente, & sanctissimo & optimo & vivificante suo Spiritu. Nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

FINIS.
Sermo de Laudibus Beatae MARIE Virginis
compactus est per errorem post prefationem
Libri de Haereticis, ante paginam I. scilicet initium
Horum operum S. Epiphanij

INDEX